¶ Premissa qōne vtrū aliqd fit a fortuna. ⁊ vtruz ipsoꝝ fortuitoꝝ q̄ vīr esse a fortuna sit fortuna cā. Hic arguit ad qōnē ꝓpositā: oñdens fm nullos ipet⁹ eē fortunā: ⁊ nihil eē a fortuna. d. rōcinatio qdē humana. i. ipetus ī hoīe factus a rōne nō vtiqz erit hui⁹ cā. vz. ꝙ fit aliqd cātuz a fortuna. nō eni vtiqz h̄. i. hui⁹ ipetus cū sit rōnalis: est oīno sine rōne. fortuna autez supple est sine rōne. ⁊ subdit: ꝙ neqz nālis ꝯcupiscentia corrūpit. i. tollit ab aliquo: vt cōtraria: fortuna aūt nō sic tollit: vel tolli pōt. g̊ fm nullum ipetū hz eē fortuna: neqz fm rōnalez: neqz fm appetitū: siue ꝯcupiscibilē aliqd est a fortuna: sed aliqs qdem igit vr̄ bñ fortunate agere: qꝛ fortuna est cā eoꝝ q̄ sunt p̄ter rōnem hoc aūt qđ est preter rōnē est p̄ter sciam: ⁊ qđ vīr videt esse a fortuna: pp hoc. s. ꝙ ignoramus causam.
¶ Dubitaret forte aliqs qualiter cōcupiscētia nālis corrumpitur ab alio. ¶ Dicēdum aliqua esse nālia que abhoremus: quoꝝ ꝯtraria naturalr̄ cōcupiscimus: ⁊ tñ per assuefactionē fiunt nobis delectabilio: ⁊ eoꝝ ꝯtraria fiūt nobis tristia: vt naturalr̄ abhorret appetitus nr̄ comedere carnes humanas: ⁊ tñ sunt aliq adeo bestiales: qb⁹ delectabile est hoc agere: ⁊ tristant: cum p̄uant tali edulio. pōt itaqz corrūpi cōcupiscētia nālis p ꝯsuetudinē cōtrariaz. ¶ Arguit ergo hec rō: ꝙ fortuna circa quā nihil pōt facere cōsuetudo: qꝛ nullus pōt dicere vel assuescere eē fortunatus ⁊ ifortunatus: nō pōt eē fm ipetum: vel fz ꝯcupiscētiam: nec ēt fm ipetum illuz rōnalē poterat esse fortuna cū sit sine rōne: q̄re nihil erit a fortuna: sz videnṫ aliq̄ eē fortuita: qꝛ videnṫ eē preter rōnē: ⁊ ignoram⁹ eoꝝ cām. oīa tñ sunt fm veritatē. ¶ Tertio ibi.

¶ Itaqz iste quidem sermo non ostendit ꝙ natura bene fortunate agere agatur. Sed ꝙ nō omnes qui vidētur bene fortunate agere propter fortunam dirigunt: sed propter naturaz: neqz ꝙ non sit fortuna causa nullius ostendit. Sed non oium quorum videtur.

¶ Soluit ad qōnez ꝓpositā. d. ꝙ itaqz iste qdē sermo nō ostēdit ꝙ bene fortunate agaṫ nā. i. a nā: ita ꝙ nā sit sufficiens ca effectus fortuiti: sed solū ostēdit hic sermo: ꝙ nō oēs q vīr fortunate agere dirigunṫ: ⁊ bñ fortunate agūt pp fortunā: sed pp nām: vel pp aliquā aliaz determinatā cām. ⁊ subdit. ꝙ neqz rō facta: neqz sermo p̄dictus oñdit ꝙ fortuna nō sit cā nulli⁹: sz ꝙ nō sit oīuz quoꝝ vr̄ eē cā. ¶ Notādūz aūt ꝙ lz multa attribuanṫ fortune: quoruz ignoram⁹ cām: ⁊ mlta credam⁹ esse fortuita q̄ nō sunt fortuita: ⁊ lz ipet⁹ nālis aliqñ nō ꝑcipiaṫ a nobis: ⁊ lz ꝯcupiscētia nālis possit corrūpi: p cuius corruptionem ipediri pñt multi effectus fortuiti: nō tñ pp h̄ hr̄ ꝙ nihil fit a fortuna: neqz ꝙ fortuna nulli⁹ sit cā: sed ꝙ fortuna nō est cā oīuz. quoꝝ crediṫ cā eē. nō g̊ oīa reducanṫ in nām. i. determinatā cām nālez. Sz multa reducunṫ in cām indeterminatā: vel fortunatā. ¶ Esset aūt h̄ dubitādū quare phs h̄ negare vr̄ fortunatos eē a nā: ⁊ bonaz fortunā esse nām q̄dam: qđ supra concedere videbatur: sz h̄ sufficien-

ter soluebaṫ: vbi dicebaṫ ꝙ bona fortuna est aliquo mō nā quedaz: qꝛ esse pōt ab impetu nāli: ⁊ nō est nā quedā: qꝛ nā que est cā determinata: ⁊ p se nō est sufficiēs rō effectuum fortuitorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc quidem vtiqz dubitabit aliquis: vtrum fortuna cā hui⁹ istius qđ est concupiscere: qđ opz: ⁊ quādo opz. Et sic qdē oium erit: etenīz eius qđ est itelligere ⁊ cōsiliari.

¶ Descēdit spāliter ad ingrēduz q̄liter circa impetus rōnales hz esse bona fortuna. Circa qđ duo facit. qꝛ p̄mo facit qđ dcm̄ est. scđo ex his ostēdit rōnabile esse que circa bonā fortunaz cōiter tangebanṫ ibi (⁊ pp hoc qđ olim) Circa p̄mū d. f. qꝛ p̄mo p̄mittit qōnem hāc. vtrū circa itellectū: siue circa impetus itellectiuos habeat eē bona fortuna. scđo exeqṫ de qōne illa ibi. (Nō eni cōsiliabiṫ) dicit ergo ꝙ hoc qdem vtiqz dubitabit aliqs: vtrum fortuna sit cā istius hui⁹. i. istius tñ: qđ est ꝯcupiscere: qđ opz: ⁊ qñ opz. Aut sic qdē enim fortuna erit cā oium vt ipsius cōcupiscere: ⁊ ei⁹ qđ est itelligere ⁊ cōsiliari. ¶ Notāduz aūt ꝙ cū loqtur de ipetu appetitiuo appellat ipm ꝯcupiscere: qꝛ p impetuz appetitiuū nō intelligit nisi ipetū factū circa appetitū sensibile. Rursus cū loqṫ de ipetu itellectiuo appellat ipm itellīre ⁊ ꝯsiliari. Nam ꝯsiliū ꝓprie sūptū nō respicit nisi agibilia. ⁊ rōnē practicā: ⁊ ipetus fz quos hz eē bona fortuna solū hz eē circa itellīm practicū. vult g̊ phs q̄rere vtrū bona fortuna sit solū circa appetitū sensitiuū. vt circa ꝯcupiscere: vel sit ēt circa appetituz appetitū itellectiuū: ⁊ circa volūtatē: siue circa ꝯsiliuz: ⁊ circa itellīm practicū q se extēdit ad volūtatē. ¶ Dubitaret forte aliqs vtꝝ bona fortuna hz eē circa intellectum ⁊ ꝯsiliū. ¶ Dicēduz ꝙ sicut i speculabilib⁹ distinguiṫ itellectus ⁊ scia: qꝛ itells est p̄ncipioꝝ: scia vo ꝯclusionū: sic ⁊ in agibilib⁹ distinguiṫ itellectus ⁊ ꝯsiliū: qꝛ itellectus est respectu finis: vel cognitio quā sciemus de fine. cōsilium vero respectu eoꝝ que sunt ad finē. Est enim finis in agibilibus quasi p̄ncipiū: ea vero q̄ sunt ad finē quasi cōclusio. Cū ergo fortuna possit qđ velit: ꝓponam⁹ bonū finez: ⁊ ꝙ bonū eligam⁹ ea q̄ sunt ad finē: seqṫ vt circa cōsiliū ⁊ itellīm dicaṫ esse fortuna. ¶ Scđo ibi.

¶ Non enim cōsiliabatur consiliās ⁊ anteq̄ cōsiliareṫ: sed est principium quoddā. Neqz itellexit itelligens priusq̄ itelligeret: ⁊ hoc in infinituz. Non igiṫ eius qđ est itelligere itellectus principiū: neqz consiliādi consilium.

¶ Exeqṫ de rōne p̄dicta: circa qđ tria facit. qꝛ p̄mo ꝓbat itellīm ⁊ ꝯsiliū nr̄m reduci in aliqđ aliud p̄n^m. 2° ꝯcludit ꝙ circa h̄ oia vt circa itellīm ⁊ ꝯsiliū ꝯtingit esse fortunā. 3° manifestat qđ dixerat. ⁊ specificat qđ est illud p̄n^m: i ꝙ oia alia tria reducunṫ. scđa ibi (qd igiṫ qdē aliud. 3° ibi. (aut est aliqđ) dicit g̊ ꝙ nō eni ꝯsiliabiṫ ꝯsiliās: ⁊ h̄ anteq̄ ꝯsiliareṫ: sz est p̄n^m qđdaz ipsius ꝯsilij. Neqz itellexit itells p̄usq̄ itelligeret: ⁊ h̄ in ifinitū. Non g̊ ei⁹ qđ est itelligere est itells p̄ncipiū: neqz ipsius ꝯsiliādi p̄ncipiuz est ꝯsiliū. ¶ Notandū aūt ꝙ cū itells nr̄ nō semꝑ actu itelligat: oz ipm reduci in aliqđ aliud p̄ncipiū. Nā si itells q nō actu itelligit reducereṫ in seipm tanq̄ in p̄n^m: sequereṫ ꝙ itells itellexerit p̄usq̄ itelligeret. Nā oē agēs agit: vt est in actu: quare si itellectus noster qꝛ nō itelligit reducatur in aliquē intellectū: oporteret esse itellectū actu itelligētez: itaqz si itellectus noster nō itelligēs in seipm reducereṫ anteq̄ incipiat itelligere oporteret ipsum esse actu itelligētez vt faceret se actu tale. Sed cū hoc sit in-

conueniēs: p̄ncipium in qd̄ reducitur ratio nostra: ⁊ itellectus noster nō est ip̄e itellectus: sed aliqd̄ itellectu melius. ¶ Notādū ēt q̄ si q̄s cōsiliatur ⁊ p̄us nō cōsiliabatur: quereret ab ipo quare nūc ꝯsiliatur: ⁊ p̄us nō: q̄ si dicere t se habuisse ꝯsiliū vt ꝯsiliaret: cōstat q̄ nō est abire in infinitū. iret eni in infinitū si semp̄ p̄ncipiū ꝯsiliādi esset cōsilium. erit igit̄ p̄ncipiū ꝯsiliādi: nō cōsilium: sed aliquid melius cōsilio. ¶ Secūdo ibi.

Quid igitur aliud q̄ȝ fortuna. Ita a fortuna omnia sunt.

¶ Concludit ex dictis circa oīa talia ꝯtingere eē fortunā ꝯtinuet̄ sic dcm̄ est itellectuȝ ⁊ cōsilium nr̄m reduci in aliqd̄ aliud p̄ncipiū. Quid igit̄ aliud q̄ȝ fortuna. i. hoc dicere qd est aliud: q̄ȝ ponere q̄ fortuna sit circa talia: itaqȝ oīa hec sunt a fortuna. i. circa oīa talia: tam scȝ circa itellectum q̄ȝ etiā circa ꝯsiliū cooperabit̄ fortuna. ¶ Dubitaret forte aliqs: vn̄ seq̄t̄ hec oīa: q̄ si itellectus ⁊ ꝯsiliuȝ nostrum reducat̄ in aliqd̄ aliud p̄ncipiū: q̄ oporteat circa oīa talia esse fortunā. ¶ Dicēdum q̄ vt vult ph̄us 9° meth. Malum nāliter est post potētiam. vnde in rebus eternis s̄m ipsum nō est malū neqȝ error: omne eni malum: ⁊ ois error fundat̄ in aliq̄ potētialitate. Nā in actu vt actus est: nō cadit malū nec error. eo ḡ ipo q̄ itells nr̄ reducit̄ in aliqd̄ aliud p̄ncipiuȝ itelligit̄ in eo eē potētialitas quedā: ⁊ pōt deficere a ꝯstitutione finis circa oē aūt tale qd̄ est sic in potētia qd̄ pōt dirigi ⁊ nō dirigi ꝯtingere p̄nt casualia ⁊ fortuita: q̄re bn̄ dcm̄ est: q̄ eo ipso: q̄ itellectus nr̄ ⁊ ꝯsiliū reducunt̄ in aliqd̄ aliud p̄ncipiuȝ: circa oīa talia pōt eē fortuna. Tertio ibi.

Aut est aliqd̄ principiuȝ: cuius non est aliud extra ipsum: aut q̄ȝ tale scd̄m esse tale pōt facere. Qd̄ autē queritur: hoc est.

¶ Specificat q̄ ē aliud p̄n^m in qd̄ talia oīa reducunt̄: ostēdēs tale p̄ncipiū eē deū. Circa qd̄ tria facit: s̄m q̄ hoc p̄bat triplici rōne. 2° ibi (qd mot⁹ p̄n^m) 3° ibi (rōnis aūt p̄ncipiū) ꝯtinuet̄ aūt sic. bn̄ dictū est itellm̄ ⁊ ꝯsiliū nr̄m reduci in aliqd̄ aliud p̄n^m: q̄ȝ aut est aliqd̄ p̄n^m: respectu cuius nō est aliud extra ipm̄: ⁊ huiꝰ p̄ncipiū extra qd̄ nihil est cu⁹ est p̄n^m primum deus ipse: q̄ȝ est talis s̄m eē. i. s̄m actū: q̄ȝ semp̄ actu itelligit. ideo pōt tale facere. i. mouere itellm̄ nr̄m: ⁊ facere impetū in ipso: vt actu itelligat: ⁊ vt actu ꝯsiliet̄. subdit: qd̄ aūt querit̄. i. p̄ncipiū qd̄ nos querimus in qd̄ reducit̄ itells nr̄ ⁊ ꝯsiliū nr̄m. ⁊ hoc est deus ipse. ¶ Notāduȝ aūt vim rōnis huius in hoc ꝯsistere: q̄ deus semp̄ est tale in actu: q̄ȝ semp̄ actu itelligit: ideo potest nos actu mouere: ⁊ facere ipetū in aīa nostra: vt actu itelligamus: p̄ponēdo nobis bonū finem. ⁊ vt bene consiliemur ⁊ eligamus ea que sunt ad finem. ¶ Notādum etiā nihil esse extra ipsum deū: q̄ȝ sicut aīa ꝯtinet corpus: ideo q̄ ꝯseruet ipȝ: vt ea recedēte corpus expirat ⁊ marcescit: sic deus multo magis ꝯtinet omnia: q̄ȝ oīa in eē cōseruat. omnia ergo sunt in deo tanq̄ȝ in cōtinēte ꝯseruāte: itaqȝ nihil est extra ipsum. ¶ Scd̄o ibi.

Quid motus principiū in anima: palāȝ quēadmodū in toto deus: ⁊ omne illud. Mouet enim aliquo mō oīa qd̄ in nobis diuinū.

¶ Adducit scd̄am rōnē ostēdenteȝ: q̄ nr̄m itellr̄e ⁊ ꝯsiliari ⁊ vlr̄ motus facti in aīa nr̄a reducunt̄ in deuȝ tanq̄ȝ in p̄muȝ p̄n^m. d. qd igit̄ est p̄n^m motus i aīa nr̄a: palā q̄ quēadmodū deus est p̄ncipiū motus i toto vniuerso: ⁊ omne illud. i. totū vniuersum reducit̄ in illud diuinum: siue in ipsum deū: q̄ȝ illud diuinuȝ qd̄ est in nobis: ⁊ in oībus rebus aliquo mō mouet oīa: ⁊ p̄ ꝯn̄s mouet itellm̄ nr̄m: ⁊ est p̄ncipium faciēs impetū ⁊ motū in aīa nr̄a: vt itelligamus ⁊ ꝯsiliemur. ¶ Notāduȝ aūt vim rōnis hui⁹ in hoc ꝯsistere: q̄ deus est p̄ncipiū ois motus. ḡ est p̄n^m ⁊ cā mouens aīam nr̄am ad itelligēdū ⁊ ꝯsiliāduȝ. est ḡ aliqd diuinū: qd̄ est deus ipse in aīa nostra: mouens oīa nostra ad bonū: sic est ēt deus in oībus mouēs oīa in suū finē. Qui ḡ hūc motū p̄cipiūt ⁊ sequunt̄ diuos iper⁹: ⁊ p̄ h̄ adipiscūt̄ bona: dn̄r eē bn̄ fortunati. ¶ Tertio ibi.

¶ Rationes aūt principiuȝ nō rō: s̄ȝ aliud meli⁹. Quid igit̄ vtiqȝ erit melius ⁊ scia ⁊ itellu nisi deus. virtus eni intellectus organum.

¶ Adducit tertiā rōnem. d. q̄ p̄n^m rōnis nō est rō: s̄ȝ aliqd meli⁹ rōne: qd vtiqȝ erit meli⁹ scia ⁊ itellu ⁊ rōne nisi ds. v̄tuȝ. n. itellectu. i. v̄tuȝ itellectua est q̄si organū ipsi⁹ dei. ¶ Notādū aūt oīa entia respectu p̄mi sunt q̄si q̄dā organa ⁊ q̄daȝ instr̄a mota ab ipso. Quare si illud in qd̄ reducit̄ itells est meli⁹ eo. ⁊ solus de⁹ est simplr̄ supra itellm̄ ⁊ sciam: q̄a ipsi⁹ solius est creare ⁊ p̄ducere itellectū. ⁊ si intellectus noster est q̄si organuȝ eius. ergo ois impetus ⁊ motus factus in itellectu nostro: ⁊ in aīa nr̄a habȝ reduci in deū tanq̄ȝ in p̄ncipale p̄ncipium.

Et propter hoc qd̄ oliȝ dicebatur: bene fortunati vocantur: qui impetum faciant: dirigunt sine ratione existentis. Lectio. VIII.

¶ Postq̄ȝ ph̄s ostēdit q̄re hȝ esse bona fortuna tā s̄m impetus appetitiuos q̄ȝ itellectiuos: q̄ȝ vterqȝ mot⁹ reducit̄ in deū tanq̄ȝ in p̄ncipiū: cui⁹ p̄ncipiū est oīa dirigere i bonū finem. In p̄te ista ostēdit rōnabilia eē que cōiter dicebant̄ de bona fortuna. Circa qd̄ tria facit: q̄ȝ p̄mo facit qd̄ dictuȝ est. 2° distinguit quot sint species bone fortune. 3° ostēdit quasi epilogādo q̄nō hec tradita sunt morali negocio annexa. scd̄a ibi (manifestum itaqȝ q̄m) tertia ibi. (particulariter q̄dem igit̄) circa bonam fortunā cōmuniter q̄si q̄nqȝ tāgebant̄. p̄muȝ erat. q̄ bona fortuna est aliqd sine rōne. secūdum erat: q̄ bene fortunatis nō expedit cōsiliari. tertiū erat: q̄ rō m̄ltotiēs est impeditiua bone fortune. quartū q̄dem: q̄ bona fortuna excedit ⁊ superat p̄udētiaȝ ⁊ experiētiaȝ sapiētū. quintū vero est: q̄ insipiētes ꝯtingit magis eē fortunatos q̄ȝ alios. hec eni q̄nqȝ circa bonā fortunaȝ cōiter dici ꝯsueuerūt. Ideo circa p̄mū q̄nqȝ. f. s̄m q̄ ait vera eē hec q̄nqȝ de bona fortuna. secūda pars icipit ibi (⁊ cōsiliari) tertia ibi (qui autē rationem) quarta ibi (⁊ hoȝ p̄udētia) q̄nta ibi (vīdet̄ eni p̄mū) dicat ḡ p̄mo q̄ p̄pter h̄. i. p̄pter ea que dcā sunt cōtingit vex̄ esse: qd̄ olim cōiter dicebāt. vȝ. q̄ bn̄ fortunati vocātur qui si faciūt impetuȝ. i. s̄m impetuȝ: dirigūt. i. dirigitur i bonū finē sine ratiōe existētes. Est ergo fortuna aliqd sine rōne: q̄ȝ ipetus ille quē sequūt̄ bn̄ fortunati nō factus est a rōne sed a deo. ¶ Scd̄o ibi.

¶ Et cōsiliari nō expedit ipsis: h̄nt eni principiū tale q̄ melius itellectu ⁊ cōsilio.

¶ Verificat scd̄m cōe dcm̄ de bona fortuna. d. q̄ ⁊ ꝯsiliari nō expedit ipsis bn̄ fortunatis: habēt. n. p̄ncipium tale qd̄ est meli⁹ itellectu ⁊ ꝯsilio. Nam h̄nt deum ipsuȝ directorem: vt ostēsum est. Tertio ibi.

¶ Qui aūt rōnem: hoc aūt nō habent: neqȝ diuinos instinctus hoc nō possunt: sine rōne eniȝ existentes adipiscuntur.

¶ Verificat tertiuȝ cōmune dcm̄ de bona fortuna. vȝ. q̄ rō ipeditiua est bone fortune. Jō ait. qui aūt rōnē supple sequunt̄: aūt hoc nō habēt q̄ sint bene fortunati. n̄ ⁊ h̄nt

instinctus diuinos: ⁊ nō p̄nt h̄.i. nō p̄nt ꝯsequi bonū finē ꝑ tales istinct⁹: sine rōne. n. expūtes adipiscunt̄ h̄ mō magis bonū finē: ⁊ sunt magis fortunati. ❡ Nōn⁹ aūt ꝙ sic bestie magis ꝑcipiūt nāles istinct⁹ ꝙ̄ hoīes: ⁊ magi agūt f̄m eos: eo ꝙ hoīes deditī rōnī ⁊ itellcu ipediunt̄ ne ꝑcipiāt sic tales istinctus: sic ⁊ iter hoīes q̄ sapiētiores sunt aliq̄ñ magis ipediunt̄: ne tales istinctus ꝑcipiāt: vn̄ ḡrō ipeaitura eē bone fortune. ❡ Quarto ibi.

❡ Et hoꝝ prudētum ⁊ sapiētū veloce ē eē diuinatiuā: ⁊ solo ꝝ nō eam q̄ a rōne opꝫ suscipere. Alij qdē ꝑꝑ experiētiaꝫ: hi aūt ꝑꝑ ꝯsuetudinē in ꝯsiderādo vti. Deo aūt per se hoc ⁊ bn̄ videt ⁊ futuꝝ ⁊ presens. Et quoꝝ perit ratio: sic ꝑpter melācholici ⁊ recte diuinātes.

❡ Uerificat q̄rtū: qꝺ ꝯiter dici ꝯsueuit de bona fortuna. vꝫ. ꝙ bona fortuna excedit prudētiaꝫ ⁊ expiētiaꝫ hoīs sapiētis. d. s. ꝙ ⁊ hoꝝ. s. bn̄ fortunatoꝝ: ⁊ solū taliū ꝯtingit eē diuinatiuā velocē. i. velociorē prudētū ⁊ sapiētū: bn̄ eni bn̄ fortunati velociorē ⁊ meliorē diuinatiuā: q̄z meli⁹ diuinant̄ ⁊ vaticināt̄ de fine ꝙ̄ sapiētes ⁊ prudētes. Nā bn̄ fortunatos nō oꝫ suscipe eā diuinatiuā q̄ est a rōne: sed q̄ est a diuo istinctu: q̄ supat oēm sensuꝫ ⁊ oēm itelligētiaꝫ. Quidā bn̄t diuinā ꝑꝑ expiētiā: hi aūt ꝑꝑ ꝯsuetudinē: qua ꝯtingit eos vti in ꝯsiderādo: sed deo ꝑ se notū est h̄. i. qꝺcūqꝫ agibile. i. q̄cūqꝫ finis: ⁊ bn̄ videt ⁊ futuꝝ ⁊ p̄ns: ⁊ ea quoꝝ perit rō. suple tam sunt. vꝫ. ꝑ se: ꝑꝑ qꝺ melācholici ⁊ recte sunt diuinātes. q̄z. s. tales magis ꝑcipiut nāles istinctus. ❡ Notādū aūt ꝙ hoīb⁹ nō sunt ꝑ se nota futura. ⁊ si aliqd de futuris ꝯiecturāt: h̄ est: vl' q̄z diu vixerūt ⁊ multa expti sunt: ⁊ ꝑꝑ multoꝝ p̄teritoꝝ expientiā de futuris ꝯiecturare p̄nt. vel si nō diu vixerūt: diligēter tn̄ ꝯsiderauerūt p̄terita: ⁊ didicerūt ab alijs acta p̄terita: ⁊ ꝑꝑ ꝯsuetudinē ꝯsiderari talia p̄terita aliq̄ diuināt de futuris. De⁹ aūt nō ꝑꝑ expientiā nec ꝑ doctrinā: nec ꝑ ꝯsuetudinē. sed ꝑ seipm cognoscit p̄ntia p̄terita ⁊ futura. imo ea q̄ nō sūt: ⁊ quoꝝ apud hoīes rō nō ꝑuenit: sunt apud deuꝫ. Sꝫ oia talia sunt singul'r et sigillatim nota: q̄re deus melius pōt dirigere in bonū finē ꝙ̄ prudētia vl' expiētia quorūcūqꝫ sapientū. bn̄ g̃ dcm̄ est ꝙ bona fortuna q̄ dr̄ diua excedit ⁊ supat expiētiā sapiētū ⁊ prudētiā. ❡ Notāduꝫ ēt ꝙ ꝑꝑ h̄ melācholici magis dicunt̄ recte diuinātes: q̄z deditī ⁊ affixi iterioribus magis ꝑcipiūt iteriores mot⁹ ⁊ nāles instinct⁹. Et iō recte ꝑ h⁹ istinct⁹ ⁊ ipet⁹ p̄nt ꝯiecturare ⁊ diuinare qd eos oporteat agere in futuꝝ. ❡ Quinto ibi.

❡ Uidet̄ eni principiū amissa rōne valere magis: ⁊ quēadmodū ceci memorāt̄ magis amississqꝫ his q̄ visibilia v̄tuosi⁹ eē: qꝺ memorat̄.

❡ Uerificat q̄ntū: ꝙ circa bonā fortunā ꝯuenient̄er ꝯtingit dici. vꝫ. ꝙ simplices sunt magis fortunati ꝙ̄ alij. d. ꝙ hui⁹ p̄ncipium per qꝺ diuinitus mouemur ⁊ instigamur ad bonū finē videt̄ magis valere amissa rōne: q̄re ⁊ quēadmodū ⁊ ceci amissis qdē his que sunt ad visibilia magis memorant̄ ⁊ ꝯtingit v̄tuosius ⁊ stabili⁹ eē qꝺ memorant̄: sic supple simplices amissa rōne ⁊ nō deditī exterioribus agibilib⁹ magis ꝑcipiūt iteriores istinctus ⁊ diuinos ipetus. ❡ Notādū aūt ꝙ pluribus intēt⁹ minor est ad singula sensus. vna eni aīa est in q̄ radicant̄ tales potētie: ⁊ q̄z vna aīa est v̄tēs q̄si oībus his potētijs: q̄n vehemēs ⁊ fortis est actus vni⁹ potētie debilitat̄ alteri⁹ actus: vt vehemēter cogitātes bn̄t oculos attonitos: ⁊ q̄si nō vidēt. ergo ꝑ locū ab oppositis quādo remittit̄ vnus sensus fortificat̄ alius: vt ceci nō intēti visibilibus memorat̄ melius: sic ⁊ simplices nō curantes de exterioribus agibilibus melius percipiūt diuinos impetus ⁊ instinctus interiores. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Manifestū itaqꝫ q̄m̄ due sūt sp̄ēs bone fortune: h̄ qdē diuina: ꝑꝑ qꝺ ⁊ vr̄ bn̄ fortunati ꝑꝑ deū dirigere. Iste aūt est q f̄m ipetū directiu⁹. Ali⁹ aūt q ꝑꝑ ipetū: sine rōne aūt ambo. Et hec qdem ꝯtinua bona fortuna magis: hec aūt nō ꝯtinua bona fortuna magis: h̄ aūt nō ꝯtinua.

❡ Distinguit quot sunt sp̄ēs bone fortune. d. manifestum itaqꝫ q̄m due sunt sp̄ēs bone fortune: q̄ꝝ hec qdem est diuina: ꝑꝑ qꝺ ⁊ bn̄ fortunati vident̄ dirigere. i. dirigi in bonū finē ꝑꝑ deū. Iste aūt q est bn̄ fortunatus. i. directiuus f̄m ipetū diuīū alijs. i. alio mō dr̄ bn̄ fortunat⁹: q ꝑꝑ ipetū dirigit̄ in bonū finē: he autē due bone fortune ꝯueniūt ⁊ dr̄nt: ꝯueniūt qdē: q̄z ambo sunt sine rōne. fortunata eniꝫ quecūqꝫ sub rōne nō cadūt. differūt vō: q̄z hec qdē bona fortuna q̄ est diua ⁊ cum ipetu est magis ꝯtinua: h̄ aūt q̄ est sine ipetu est nō ꝯtinua. ❡ Dubitaret forte aliqs que magis debeat dici bona fortuna: an illa q̄ est cuꝫ ipetu ⁊ q̄si ꝯtinua. an illa q̄ est sine ipetu ⁊ nō ꝯtinua. ❡ Dōm ꝙ cū dico bonā fortunā: duo dico. vꝫ. bonā fortunaꝫ. Illa g̃ q̄ est nō ꝯtinua plus hꝫ de fortuitu: sed min⁹ de bonitate. Sꝫ illa q̄ est q̄si ꝯtinua ecōuerso pl's hꝫ de bonitate ⁊ minus de fortuitu. Naꝫ ex h̄ dr̄ aliqd eē fortuitū: q̄z ꝑcedit a pluribus causis: q̄ꝝ ꝯcursus est ꝑ accn̄s. q̄̄to g̃ ille ꝯcursus magis est ꝑ accn̄s: tāto pl's est ibi de fortuitu. Quare cū fortuna bona discōtinua ⁊ sine ipetu ꝑcedat a causis: quaꝝ ꝯcursus est plus ꝑ accn̄s: ita plus erit de fortuitu. Nam que ꝯcurrūt ad fortunā que est q̄si ꝯtinua ⁊ cuꝫ impetu: lꝫ ꝯcurrāt ibi per accn̄s: bn̄t tamē aliquē ordinem nālem: nō est enim oīno per accidēs: ꝙ qs percipiat impetus in eo factos ⁊ agat ⁊ dirigat̄ f̄m illos. Itaqꝫ pl's est de fortuitu in alia bona fortuna ꝙ̄ in ista: hic tn̄ plus est de bonitate: q̄z quāto qs magis ꝯtinue ⁊ pluries per aliquā fortunā dirigit̄ in bonū finem: tanto illa fortuna est melior. ergo melior est fortuna ꝯtinua ꝙ̄ nō ꝯtinua: q̄z pluries per illam adipiscimur bonū finem: hec itaqꝫ plus erit bona fortuna ratione ꝙ̄ bona: illa vero plus ratione ꝙ̄ fortuna. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Particulariter qdē igit̄ de vnaquaqꝫ virtute dcm̄ est prius. Qm̄ aūt segregare volumus potētiaꝫ ipsaꝝ ⁊ de virtute articulatiꝫ tractādū ea que ex his quā vocam⁹ kalokagachiam.

❡ Ostendit quasi epilogando q̄mō hic tradita morali negocio sunt annexa. d. p̄ius. vꝫ. libro eth̄. vel in magnis moralib⁹: q̄bus annectit̄ hic libellus. ꝑticulariter qdē igit̄. i. specialiter dcm̄ est de vnaquaqꝫ v̄tute: sed q̄m nos volumus segregare. i. distinguere potētiā ipsaꝝ v̄tutum: ostēdendo qualr̄ per eas acquirit̄ felicitas. Cum ad felicitatē cooperet̄ bona fortuna: ⁊ de virtute tractādi articulatiꝫ. idest specialiter ⁊ particulariter tractāduꝫ est que ex his cooperat̄ ad hec. i. ad hui⁹ virtutes: ad quā ordinant̄ tales v̄tutes: quā vocamus kalokagachiam. i. bonā suppositionē vel bonū euentū. q. d. ꝙ si tractādum est de v̄tute tractāduꝫ est de felicitate: q̄ est ex his ad quā opant̄ v̄tutes: ⁊ tractāduꝫ est etiaꝫ de ipso bono euētu: vel de bona fortuna que cooperatur ad felicitatem ad quā ordinantur virtutes: ꝑpter qꝺ oꝫ ꝙ hic libellus morali negocio est annexus. Et hec de bona fortuna sufficiant.

❡ Explicit expositio super librum de bona fortuna scd̄m Egidium romanum.

¶ Alpharabius arabs philosophus peritissimus fm plures credit fuisse auctor hui⁹ operis: vel expositor.
¶ Liber de causis editus a Gilberto Poretano pictauensi episcopo: ꝛ ab eodem cõmentatus. Fm alios ab Augustino. Fm alios ab Auẽpace editus: ꝛ cõmentatus ab Alpharabio. Fm alios a Proculo.

Omnis causa primaria plus est influens supra causatum suum q̃ causa vniuersalis scḋa. Cum ergo remouet cã vniuersalis secunda virtutẽ suã a re: cã vniuersalis pma nõ aufert virtutẽ suam ab ea. Quod est: q2 causa vniuersalis prima agit in cãtum cause secũde: anteq̃z agat in ipsuz causa vniuersalis secunda que sequit̃ ipsum. Cuz ergo agit causa secunda que sequitur in cãtuz: nõ excluditur ipsius actio a causa pma que ẽ super eam: ꝛ quãdo separatur cã secũda a causato qḋ sequitur ipsam: nõ separatur ab ea prima: que est supra ipsam: quoniam est cã ei. Et nos quidẽ exemplificamus illud per esse ꝛ viuum ꝛ hominem. Quod est: q2 opz vt sit res esse in primis: deinde viuũ: postea homo: viuũ ergo est cã hois propinqua: ꝛ esse ẽ causa eius longinqua. Esse ergo vehementius ẽ cã homini q̃z viuũ: quoniã est cã viuo: qḋ ẽ causa homini: ꝛ similiter quãdo ponis rõnalitatem esse cãm homini: ẽ esse vehemẽtius cã homini magis q̃z rõnalitas: quoniã est cã cause eius ꝛ illius: qḋ signum est: q̄ quãdo remoues virtutẽ rõnalẽ ab hoie: nõ remanet homo: ꝛ remanet viuũ spirãs sensibile. Cum aũt remoues ab eo viuũ: nõ remanet viuũ: ꝛ remanet esse: quoniã esse nõ remouet̃ ab eo. Sed remouet̃ viuum: quoniã cã non remouet̃ per remotionẽ causati sui. remanet ergo homini eẽ. Cuz ergo indiuiduuz non est homo: est animal: ꝛ si non est animal: est esse tamẽ. Jam ergo manifestũ est ꝛ planuz q̄ cã pma longinqua ẽ plus cõprehendens: ꝛ vehementius ẽ cã rei q̃z causa propinqua. Et propter illud fit eius operatio vehemẽtioris adherẽtie cũ re q̃z cause ꝓpinque: ꝛ hoc qdez nõ fit sine hoc: nisi q2 res in primis nõ patit̃ nisi a virtute lõginqua. Deinde patit̃ scḋo a virtute que est sub pma.

¶ Expositio sancti Thome.

Sicut phs d. in. x. eth. vltima felicitas hominis ꝯsistit in optima hois operatione q̃ est supreme potẽtie. i. intellcs: respectu optimi itelligibilis: q2 vero effect⁹ per cãz cognoscit̃. manifestũ est q̄ cã fz sui nãm est magis itelligibilis q̃z effect⁹. ꝛ si aliqñ quo ad nos effectus sint notiores causis: ꝑp hoc q̄ ex ꝑticularib⁹ sub sensu cadentib⁹ vl' itz ꝛ intelligibiliũ cãz cognitionez accepim⁹. opz igitur q̄ simpliciter loquendo pme rez cause sint fm se maxima ꝛ optima itelligibilia. eo q̄ sunt maxime entia ꝛ maxima vera: cũ sint alijs essentie ꝛ veritatis cã. vt pz per phm in scḋo metaph. rce. q̃uis huius pme cãe sint minus ꝛ posterius note quo ad nos. hz enim se ad ea itellectus noster. sic oculus noctue ad lucez solis: quã ꝓpter excedentẽ claritatẽ perfecte ꝑcipere nõ põt. opz igit̃ q̄ vltima felicitas hois que in hac vita haberi potest cõsistat in cõsideratione pmaz cãruz: q2 illud modicum qḋ de eis sciri potest est magis amabile ꝛ nobilius oibus his que de rebus iferioribus cognosci possunt: vt pz per phm in primo de partibus alalium. ꝛ q2 hec cognitio in nobis perficit̃ post hãc vitaz hamo perfecte beatus cõstituit̃ fm illud euãgeliũ. hec est vita eterna vt cognoscãt te deuz vez viuũ. ꝛ tñ est q̄ philosophoz intẽtio ad hoc principaliter erat: vt per oia que in reb⁹ cõsiderabãt ad cognitionem pmaz cãruz peruenirẽt. vnde scientiã de primis causis vltimo ordinabãt: cui⁹ cõsiderationi vltimũ tẽpus sue vite deputarent. Primo qdez incipiẽtes a logica que modũ scientiaz tradit. Secũdo procedentes ad mathicas: cui⁹ etiã pueri possunt esse capaces. Tertio ad nãlez philosophiã: que ꝓpter experientiã tẽpora indiget. Quarto ad moralẽ philosophiã: cui⁹ iuuenis esse cõueniens auditor nõ põt. vltimo aũt scientie diuine insistebãt: que considerat primas entiũ cãs. Jnueniunt̃ igit̃ q̃dam de pmis principijs cõscripta per diuersas ꝓpões distincta. q. per modũ singlãriz cõsiderãtiũ aliquas veritates: ꝛ in greco quidez inuenit̃. s. traditus lib. Proculi platonici: cõtinens ducentas ꝛ. 9. ꝓpositiones: q intitulatur elatio theo^ca. in arabico vero inuenitur hic liber qui apud latinos de causis dr: quẽ constat de arabico eẽ trãslatũ: ꝛ in greco penitus nõ haberi. vñ vr̃ ab aliquo phoz arabũ ex predicto lib. proculi. excerptus: ꝑsertiz: q2 oĩa q̃ in hoc libro cõtinent̃ multo pleni⁹ ꝛ diffusius continent̃ in illo. Jntẽtio igit̃ huius libri q de causis dr̃: est determinare de pmis causis rerũ: ꝛ q2 noiẽ cãe ordinẽ quedã iportat: ꝛ in causis ordo adinuicẽ inuenit̃: pmittit. q. qḋdaz pncipiũ totius sequentis operis q̃daz ꝓpositionẽ ad ordinẽ cãruz pertinẽtez: que talis est. Omnis cã primaria plus est influens super suũ cãtuz q̃z causa secũda vniuersalis. Ad cuius manifestationẽ vnũ correlariũ inducit: per qḋ manifestat̃ primũ: sicut per qḋdã signũ. vnde subdit. Cuz ergo remouet cã scḋa vlis virtutem suã a re: cã vniuersalis pma nõ aufert virtutẽ suã ab ea. ꝛ ad huius probationem inducit tertiũ dicens. qḋ est. q2 vlis cã prima agit in cãtuz cause secũde. anteq̃z agat in ipsum cã vlis secũda. ꝛ ex hoc concludit qḋ secũdo positũ est ꝛ conuenienter: necessario est eniz id qḋ prius aduenit vltimo abscedere: videmus eniz ea que sunt priora in cõpositione eẽ vltima in resolutõe. sic igit̃ intẽtio hui⁹ ꝓpositionis in his trib⁹ ꝯsistit: quoz primũ est: q̄ cã pma plus influit in effectũ q̃z scḋa. Scḋm est: q̄ ipressio cãe prime tardius recedit ab effectu. Tertiũ est q̄ prius ei aduenit. que quidem tria predicta proponit in duab⁹ ꝓpositionibus. primũ in prima ꝓpositione sui libri: que est talis. Oẽ qḋ ꝓducit̃ in secũdis causis a priorib⁹ ꝛ vlioribus producitur eminenti⁹: a qb⁹ ꝛ secũda ꝓducebant̃: alia vero ꝓpositione in sequenti ꝓpositione que talis est. oĩs cã ante cãtum operat̃: ꝛ post ipsum pluriũ est subsistentiã. His aũtẽ tribus premissis ad ea manifestanda ꝓcedit. pmo quidem per exemplũ. secundo per rõnẽ ibi (ꝛ cã prima adiuuat) Exemplũ aũt videt̃ pertinere ad causas formales: in quibus q̃to forma est vlior: tanto prior esse videtur. Si igitur accipiamus aliquẽ hoiem. forma qdem specifica ei⁹ attendit̃ in hoc q̄ est rõnabilis. forma autẽ generis eius

attēditur in h̄ q̄ est viuū vel aīal. Ulterius aūt id qd̄ est oībus cōra est esse. manifestuz est aūt in gnātione vnius pticularis hoīs: q̄ in mālī subo primo inuenit̄ eē. deinde inuenit̄ viuum. postmodū aūt est homo. prius enim ipse est aīal q̄ homo. vt dicit̄ in scd̄o de gnōne aīalium. Rursus q: in via corruptionis p̄mo amittit vsum rōnis ⁊ remanet viuum ⁊ spiratio. scd̄o amittit viuū ⁊ spirās: ⁊ remanet ipsuz ens: q: sic corrumpit̄ in nihilum: ⁊ sic pōt itelligi hoc exēplum fm viā gnātionis ⁊ corruptiōis alicuius idiuidui: ⁊ hec est eius intētio. qd̄ p3 ex hoc qd̄ dicit: cum ergo idiuiduū nō est homo. i. fm actum ppriuum hoīs est aīal: q: adhuc remanet in eo opatio aīalis que cōsistit in motu ⁊ sensu: ⁊ cum nō est aīal est eē tm: q: remanet corpus penitus inaīatuz: verificat̄ hoc exēplum in ipso rez ordine. nā priora sunt existētia in viuētibus: ⁊ viuētia hominibus: q: remoto hoīe nō remouet̄ animal fm cōtinētiam. sed ecōuerso. q: si nō est aīal non est hō: ⁊ eadem rō est est de animali ⁊ eē. ⸿ Scd̄o ibi.

⸿ Et causa prima adiuuat secūdam causaz sup operationem suam: quoniam omnem operationem quā causa efficit secunda. prima etiam causa efficit: verūtamen efficit eam p modum alium altiorem ⁊ sublimiorem.

⸿ Probat tria pdicta p rōnem. p̄mum aūt. s. q̄ cā prima plus influat q̄ scd̄a: sic pbat. eminētius cōiungit aliqd cāe q̄ cāto. sed opatio qua secunda cā cāt effectum: causat̄ a cā prima. Nam cā prima adiuuat cām secundā faciēs eā opari. ergo huius opationis fm quā effectus pducit̄ a cā secūda: magis est cā prima q̄ cā secunda. Proculus autē expressius h̄ pbat. cā enim scd̄a cū3 sit effectus cāe p̄me: subam suā h3 a cā prima. sed a quo h3 aliqd subam ab eo h3 potentiā siue v̄tutē operādi. ergo cā scd̄a h3 potentiaz siue virtutē operādi a cā prima: sed cā secūda p suā potētiam vel virtutē est cā effectus. ergo hoc ipsuz q̄ cā scd̄a sit cā effectus h3 a prima cā. esse ergo cām effectus inest primo p̄me cāe: scd̄o aūt cāe scd̄e: qd̄ aūt est prius in oīb⁹ est magis: quia perfectiora sunt p̄ora naturalr. g̃ p̄ma cā est magis cā effectus q̄ cā scd̄a: 2m. s. q̄ impressio cāe prime tardius recedit ab effectu. pbat ibi.

⸿ Et quando remouetur causa secunda a causato suo: non remouet̄ ab eo causa prima: qm̄ causa prima est maioris ⁊ vehemētioris adherentie cū re q̄ causa propinqua.

⸿ Et inducit talē rōnem. qd̄ vehemētius inest magis inheret. Sed p̄mo cā vehementius imprimit in effectu q̄ cā scd̄a. vt pbatū est. ergo eius ipressio magis inheret. g̃ tardius recedit. Tertiū. s. q̄ p̄us adueniat. pbat ibi.

⸿ Et non dicitur causatum cause secunde nisi per virtutem cause prime: quod est: quia causa secunda quādo facit rem influit causa prima: que est sup illam rem de virtute sua: quare adheret illud rei adherentia vehementi: ⁊ seruat eam. Jam ergo manifestū ⁊ planum: q̄ causa longinqua est vehementius causa rei q̄ causa propinqua: que sequitur eam: ⁊ q̄ ipsa influit virtutem suā super eam: ⁊ conseruat ipsam: ⁊ nō separatur ab ea sepatione sue cāe ppinque: imo remanet i ea: ⁊ adheret ei adherētia vehemēti: fm q̄ ostendimus ⁊ exposuimus.

⸿ Tali ratione. causa secunda non agit in cātum suuz nisi virtute cause prime. ergo ⁊ cātum non procedit a cā secunda nisi per virtutem cause prime: sic ergo virtus cāe prime dat effectum scd̄e: vt attingat̄ a virtute cause: prius enim attingit̄ a virtute cause p̄me. hoc autez vno modo Proculus sic pbat. cā p̄ma est magis cā q̄ secunda. ergo est pfectioris virtutis. s3 quāto virtus alicuius cause est perfectior: tāto ad plura se extēdit. ergo virtus cause prime ad plura se extendit q̄ virtus cause secunde. Sed id qd̄ in pluribus est prius est etiam in adueniendo: ⁊ vltimum in recedendo: ergo impressio cause prime primo aduenit: ⁊ vltimo recedit. Et aūt considerandum in quibus causis hec ppositio habeat veritatem: ⁊ si quidez ad genera cāruum questio referat̄. manifestuz est q̄ h3 veritatem in quolibet genere causaruz suo modo: ⁊ in causis quidem formalibus: exemplum inductum est: in causis autem mālibus similis rō inuenitur. Nam id qd̄ primo subsistit: vt mā causa est ppinquiori modo: vt ⁊ ipsa māliter subsistat: sicut materia p̄ma elemētis: que sunt quodāmodo materia mixtoruz corporum. vtrūq3 autez horum ostendit idē esse ⁊ in efficiētibus causis: manifestuz est enim q̄ quanto aliqua causa efficiens est prior: tanto eius virtus ad plura se extēdit. vnde op3 vt pprius effectus eius cōmunior sit: cause vō scd̄e proprius effectus in paucioribus inuenit̄. vnde ⁊ particularior est; ipsa enim cā prima producit vel mouet cām scd̄o agentē: ⁊ sic fit ei causa vt agat. inueniunt̄ igit̄ predicta tria: que tacta sūt primordialr quidem in causis efficiētibus. ⁊ ex hoc manifestū est q̄ deriuat̄ ad cās formales: vn̄ ⁊ hic ponit̄ verbū influēdi: ⁊ Proculus vtit̄ verbo pductionis que exprimit cāalitatē cāe efficiētis: qd̄ aūt ex causis efficiētibus deriuet̄ ad cās māles: nō est adeo manifestū: eo q̄ cause efficiētes q̄ sunt apud nos nō pducūt mām sed formā. s3 si cōsideremus cās vles cū quib⁹ pcedūt ⁊ mālia rez pncipia: necē est q̄ hic ordo deriuet̄ ⁊ ad māles cās ex causis efficiētibus q: eni3 p̄me cāe ⁊ supreme cause efficacia seu cāalitas ad plura se extēdit. Necessarium est q̄ id qd̄ p̄mo subsistit in oībus sit a prima oīum cā. deinde a causis secūdis addunt̄ dispositiones: qbus mãe appropriant̄ singulis reb⁹: qd̄ ēt vtrūq3 in his q̄ apud nos sunt appet. nā oībus artificialib⁹ mām p̄mā exhib3 nā. deinde p artes quasdā priores mā disponit̄: vt cōgruat pticularibus artificiis: cōparat̄ eni3 p̄ma oīum cā ad totā nām: sic nā ad artem. vnde id qd̄ p̄mo subsistit in tota nā est a prima oīum cā: qd̄ probat̄ singulis rebus officio secundarū causaruz. Jn causis etiam finalibus manifestū est verificari oīa predicta. Naz pp̄ter vltimuz finē qui est vniuersalis alii fines appetunt̄: quoz appetit⁹ aduenit post appetitū vltimi finis: ⁊ ante ipsuz cessat: sed ⁊ huius ordinis rō ad genus cause efficientis reducit̄. Naz finis in mēte est cā inquātuz mouet efficiētē ad agēduz: ⁊ sic put h3 rationē mouētis pertinet quodāmodo ad cause efficiētis genus. Si aūt querat̄ in vnoquoq3 causaruz gn̄e: vtrū predicta verificētur in oīb⁹ causis quomodolib3 ordinat̄: manifestū est q̄ non. Jnuenim⁹. n. causas ordinari duplr. vno modo p se: alio modo p accidēs. p se quidē intētio prime cause respicit vsq3 ad vltimū effectuz per oēs causas medias. Sicut. n. ars fabri mouet manū: manus martellū: q ferrū percussuz excedit: ad qd̄ ferrū intētio artis p accñs aūt quādo itētio cause nō pcedit nisi ad primuz effectū: qd̄ autē ab illo effectu efficiatur iterū aliud preter intentionē primi efficiētis: sicut cū3 aliqs accēdat cādelā preter intētionē ei⁹ est: q̄ iter accēsa candela accēdat aliam cū illa alia. qd̄ aūt p̄ter intētionē est dicimus eē p accñs. Jn causis igit̄ per se ordinatis hec ppō habet veritatem

in quibus cā prima mouet omnes cās medias ad effectum: in causis aūt ordinatis p accidēs est ecōuerso. Nā effectus q p se pducitur a cā prima per accidens pducit a cā prima: pter itentionē eius existens. Qd autē est p se potius est eo qd est p accidens: & pter hoc significādū dicit. cā vniuersalis que est cā per se.

OMne esse superius: aut est superius eternitate & ante ipsam: aut cum eternitate: aut est post eternitatem & supra tempus. Esse vero quod est ante eternitatem est causa prima: quoniā est causa ei. Sed esse qd est cum eternitate est intelligentia: quoniam est esse & scdm habitudinem vnā tm: qd non patitur neq3 destruitur. Esse autē qd est post eternitatem & supra tēpus est anima: que est in orizonte eternitatis iferius & supra tempus. Et significatio q causa prima est ante eternitatē ipsā est: q est in ipsa esse acquisitū: & dico q omnis eternitas est esse: sed nō omne esse est eternitas. Ergo esse est plus cōmune q̄ eternitas. Et cā prima est supra eternitatem: quoniam eternitas est causatū ipsi9. Et intelligentia opponitur vel parificatur eternitati: quoniam extenditur cum ea: & nō alteratur neq3 destruitur: & anima annexa est cū eternitate inferius: quoniam est susceptibilior impressionis q̄ intelligētia: & est supra tēpus: quoniam est causa tēporis. Lec. II.

¶ Premissa pma ppositione sicut quodā pncipio ad totum tractatum sequētem. Incipit hic agere de pmis causis rerum: & diuiditur in ptes duas: in pma agit de distinctione cārum pmarum. In secūda de coordinatione seu depēdentia cārum adinuicem in. 16. ppositione ibi (oēs virtutes quibus nō est finis &c.) pma diuiditur in ptes duas. In prima distinguit cās pmas. In secūda determi. de singulis in. 6. ppositione ibi (cā pma superior est &c.) cause autem vniuersales rerum sunt trium generum. s. cā prima que est deus itelligētie & anime. vnde circa primum tria facit. pmo enī distinguit hec tria genera: quorum pmum est indiuisum: qr cā prima est vna tm. Scdo distinguit intelligentias quarta ppositione ibi (pma rerum creatarum est esse. In tertia distinguit aīas quinta ppositione ibi (intelligentie inferiores &c.) circa pmum duo facit. Primo distinguit tria pdicta genera. Secūdo ostendit quomodo vniunt per pticipationem quādam in vltima: vel circa ibi (omnis anima nobilis &c.) circa pmum ponit talem ppositionem (Omne esse superius: aut est superius eternitate & ante ipsam: aut cum eternitate: aut post eternitatē & supra tempus) Ad cuius itelligentiam ppositionis opz pmo videre quid sit eternitas: deinde quomodo pdicta ppositio hz veritatem. nomen igitur eternitatis indeficientiam quādam sine terminabilitate iportat. dr enim eternū quasi ex terminos exn̄s. sed qr vt phs dicit in 8° phy. in oī motu est quedā corruptio & generatio: inq̄tum aliqd esse icipit. & aliqd esse desinit: necesse est q in quolibet motu sit quedam deficientia. vnde omnis motus eternitati repugnat. vera igitur eternitas est indeficiētia essendi etiam imobilitatē importās. Et quia pus & posterius in duratiōe temporis p-uenit ex motu: vt pz in quarto physi. opz q sit eternitas absq3 pori & posteriori tota sil' exn̄s: scd'm q Boe. diffinit eā in fine de ɔsolatiōe dicēs. eternitas est iterminabil' vite tota sil' & pfecta possessio. q̄cūq3 igit res cū ideficiētia eēndi hz imobilitatē: & ē absq3 tpali successione pōt dici eterna: & scd'm hūc modū subas immāles sepatas platonici & pipatetici eternas dicebāt supaddētes ad rōnē eternitatis: qd sp esse habuit: qd fidei xpiane nō est ɔsonū. sic enī eternitas soli deo ɔuenit. dicim9 aūt eas eternas tāq̄ incipiētes obtinere a deo esse ppetuū & ideficiēs sine motu & tpis successione. vn̄ & Dionysius dicit caplo. x. de di. no. q nō simplr sunt coeterna deo: que in scripturis eterna dicunt. vn̄ eternitatē sic acceptā quidā nominat euū: qd ab eternitate pmo mō accepta distinguunt. Sed siqs recte ɔsideret euū & eternitas nō differūt nisi sicut antropos & hō. in greco enī euum eternitas dr. & antropos hō.

¶ His igit pmissis sciēdum est q hec ppō in libro pculi ɔgrua iuenit sub his vbis. oē entis vel exn̄tis ens. aut an̄ eternitatē est: aut in eternitate: aut pticipās eternitate. dr aūt eternitas p oppositū ad mobile: sicut eē stans dr p oppositū ad moueri: p qd dat itelligi qd est q in h libro dr. Oē esse supius: qr. s. est supra motū & tēpus. huiꝰ enim esse scd'm vtrūq3 auctorē in vtroq3 libro in triplices gradus distinguit. nō tn̄ est eadē oīno rō vtrobiq3. pculus enim hāc ppositionem inducit scd'm platonicorū suppositiones q vlīus abstractionē ponētes: quāto aliqd est abstractius & vlius tanto pus esse ponebāt. manifestū est. n. q hec dictio eternitas abstractiꝰ est q̄ eternū. Nā noīe eternitatis ipsa eēntia eternitatis designat. Noīe āt eterni id qd eternitatē pticipat. Rursumq3 ipsum esse cōius est q̄ eternitas. oē enim eternū est ens. nō aūt oē ens est eternū. vn̄ p dicta ipm eē sepatū est an̄ eternitatē. id autē qd est cū eternitate est ipm eē sempiternū. Id aūt qd est eternitatē pticipās: & q̄si post eternitatē est oē id qd esse eternū pticipat. Sz huiꝰ libri auctor in pmo qdē aliq̄lr cum pdictis ppōnibus ɔcordat. vn̄ exponit q esse qd est an̄ eternitatē est cā pma: q̄n est cā eternitati: & ad h pbādū iducit q in ipsa. i. eternitate est oē acqsitū. i. pticipatum. & hoc pbat: qr ea que sunt minus cōia pticipāt ea q̄ sunt magis cōia. eternitas autē est minus cōe q̄ esse. vn̄ subdit. Et dico q oīs eternitas est esse. sz nō oē eē est eternitas. g esse est plus cōe eternitas. Sic igit pbat auctor q eternitas pticipat eē: ipm aūt eē abstractū est cā pma: cuiꝰ suprascripta est suū esse. vn̄ relinqt q cā pma est cā a qua acqrit esse sempiternum: cuiq3 rei semp exn̄ti. sed in alijs duobꝰ mēbris diuisionis recedit auctor huius libri ab intētione pculi; & magis accedit ad cōes snias & platonicorū & pipatheticorum. Exponit enim 2m gradū qui est cū eternitate q est itelligētia: qr enim eternitas: vt dictū est: importat indeficiētiā cū imobilitate: illd qd scd'm oīa est ideficiēs & imobile: totalr attingit eternitatē. ponit āt scd'm pdictos phos: q itelligētia siue itellꝰ sepatꝰ hz indeficiētiā & imobilitatē: & q̄tum ad eē & q̄tum ad virtutem: & q̄tum ad opationē. vnde cētesima septuagesima nona ppositio Proculi est. Omnis itellectus in eternitate subam habet & potestatē & operationē. & scd'm hoc pbatur hic q intelligentia est cū eternitate: quia est oīno scdm habitudinē vnam: ita q nō patitur aliquā alteritatē: nec virtutis nec operationis: neq3 destruit scd'm substātiam: & pter hoc etiā postea dicit q parificat eternitati: q̄n extendit cū ea & nō alterat. Quia. s. ad oē id qd est itelligentie eternitas se extendit. Tertium vero gradum exponit de anima que hz esse superius. i. supra motum & tempus. huiꝰ enim anima magis appropinquat ad motum q̄ intelligētia: qr. vz. intelligentia nō attingitur a motu: neq3

scdm subam neq3 sm operationē: anima autem sm substātiam quidem excedit tēpus τ motum τ attingit eternitatem: sed scdm operationē attingit motum: q2 vt philosophi probāt: oportet omne qd mouetur ab aliquo reduci in aliquod pmu3 qd seipsum mouet: qd scdm Arist. est corpus animatum: cuius motus pncipiu3 est anima: τ sic vtroq3 modo oportet φ pmu3 pncipium motus sit anima. τ ideo motus est ipsius anime operatio: τ q2 motus est in tēpore: tēpus attingit operationē ipsius anime: vnde τ Proculus dicit cētesima nonagesima pma ppositione. omnis anima participās substātiam quidē eternalem habz operationem aliā sm tēpus. τ ideo hic dicit φ cōnexa est cum eternitate inferius cōnexa quidē eternitati quātum ad substātiam: sed inferius quantum ad operationē: q2 iferiori modo participat eternitatē q̄3 intelligentia. quod probat per hoc: q2 est susceptibilior impressionis q̄3 intelligētia: anima enim non solum recipit ipressionē cause prime sicut intelligētia: sed etiam suscipit impressionē intelligētie: quāto autem aliquid magis est remotu3 a pmo: qd est eternitatis causa: tāto debilius eternitatem participat: τ q̄uis anima attingat ad infimum gradū eternitatis: tamē est supra tempus. sicut causa supra causatum: est enim causa tēporis inquātum est causa motus ad quez sequitur tēpus. loqtur enim hic de anima quā attribuūt philosophi corpori celesti: τ ppter hoc dicunt φ est in orizonte eternitatis iferius et supra tempus. Orizon enim est circulus terminās visum: τ est ifimus terminus superioris emisperij: pncipium autē inferioris: τ simil'r anima est vltimus terminus eternitatis τ pncipium temporis. huic autē sentētie Dyo. concordat. 10. caplo de di. no. hoc excepto φ non asserit celū habere animam: q2 hoc catholica fides nō asserit. dicit enim φ deus est ante eternum: τ φ scdm scripturas dicuntur aliqua eterna τ temporalia qd est itelligēdum scdm modos positos in sacra scriptura. media autē existentium τ factoꝝ. i. gnābiliu3 sunt quecūq3 sm aliqd qdez eternitā: scdm aliqd vo tempus participant.

Omnis anima nobilis tres habet operationes. Nam ex operationibus est eius operatio animalis: τ operatio intelligibilis: τ opatio diuina. ¶ Operatio autem diuina quoniā ipsa preparat naturam per virtutē: que est in ipsa a causa prima. Eius autem operatio intelligibilis est: quoniā ipsa scit res per virtutem intelligentie que est in ipsa anima. Operatio autem animalis est quoniam ipsa mouet primu3 corpus τ omnia corpora naturalia: quoniā ipsa est causa motus corporum τ causa operationis nature. Et non efficit anima has operationes: nisi q2 ipsa est exemplum superioris virtutis: qd est quia causa prima creauit esse anime mediāte intelligentia: τ propter illud est anima efficiens operationem diuinam: postq̄3 ergo creauit causa prima esse anime: posuit eam sicut instrumentum itelligētie: in qd efficiat operationes suas. Propter illud ergo aia itelligibilis efficit operationem intelligibilem. Et quia anima suscipit impressione3 intelligentie facta est inferioris operationis: quonia3 ipsa est in impressione sua in id qd est sub ipsa. Quod est quia ipsa non imprimit vires nisi per motum. s. q2 non recipit qd est sub ea operatione3 eius nisi ipsa moueat ipsum: propter hāc ergo cām fit φ anima mouet corpus. De proprietate nāq3 anime est vt viuificet corpora: quoniā influit super ea virtutem suā: τ directe producit ea ad operationem rectā. Manifestum est igitur φ anima habet tres operationes: quoniam habz virtutes tres: sc3 diuinam virtutem: τ virtutē intelligibilem τ virtutem eius essentie: sm φ ostendimus τ narrauimus. Lec. III.

¶ Quia ea q̄ sunt supioꝝ iferioribus insunt sm aliqualē pticipationē. postq̄3 diuisit tres grad' supioꝝ entiū: quoꝝ vnū est supius ad eternitatē qd est cē. aliud āt est cū eternitate. quod est intelligentia. tertium autem post eternitatem qd est aia: nūc itendit ondere quō tertiū pticipat: qd est pmu τ qd est scdi. dicēs. ois aia nobilis tres h3 opationes: nā ex opationib' eius est opatio aialis τ itelligibilis: τ opatio dina. que aūt dicat aia nālis talr itelligi pōt ex verbis pculi q hāc ppōnem ponit. 201. sub his vbis. Oēs dine aie triplices hnt opationes. has qdem vt aie. has aūt vt suscipiētes itellu3 diuinū: has āt vt dijs extra iuncte: ex quo p3 φ aia nobilis dr: hec aia dina. Ad cui' euidētiā sciēdu3 est φ Plo posuit vl'es reꝝ formas sepatas p se subsistētes: τ q2 hᵒ forme vl'es vl'z q̄dā3 cāsalitatē hnt: sm ipsā3 hnt supra pticlaria entia q̄ ipsa pticipāt. iō oēs hᵒ formas sic subsistētes deos vocabat. Nā h nomē deus vl'z q̄dā3 pudētia3 τ cāsalitatē iportat: iter has tn formas hūc ordinē ponebat: φ q̄to aliq̄ forma ē vl'ior tāto est magis simplex τ pior cā: pticipat. n. a posterioribus formis. Sicut si ponam' aial pticipari ab hoie τ vitā ab aiali: τ sic de. vltimū aūt qd ab oib' pticipat: τ ip3 nihil aliud pticipat est ipm vnū τ bonū sepatu3: qd dicebat summū deū τ pmā oium cām. vn̄ τ in libro pculi inducit ppō. 116. talis. Ois de' pticipabilis. i. pticipat excepto vno. Et q2 hᵒ forme q̄s deos dicebāt sūt 3 sc itelligētes. itell's aūt sit actu itelligēs p spēm itelligibilē sub ordine deoꝝ. i. pdictaꝝ formaꝝ: posuerūt ordinē itelliu3 q pticipāt formas pdictas ad h φ sint itelligētes: iter q̄s formas est ēt itell's ydealis: s3 itell's pdicti pticipāt pdictas formas sm modū imobilē inq̄tum itelligūt eas. vn̄ sub ordine itelliu3 ponebāt tertiū ordinē aiaꝝ: que mediātib' itellectibus pticipāt formas pdictas sm motū: inq̄tū. s. sunt pncipia corpaliū motuū: p quos supiores forme pticipātur in mā corpali. τ sic q̄rtus ordo reꝝ ē ordo cor'. iter itell's aūt supiores qdā dicebāt eē dinos itell's: iferiores aūt itell's qde3 s3 nō dinos: q2 itell's ydealis q est p se deus sm eos pticipat qdē a supiorib' itellectib' s3 vtrūq3. s. sm φ est deus: ab iferioribus vo itellectib' sm φ ē itell's tm̄. τ iō nō sunt itell's dini. Sortiunt enim itell's supertores nō solū φ sint itell's: sed ēt φ sint dini. Silr τ cū aie applicent' dijs mediātibus itellectib'. q. pptngorib'. Ipse ēt aie supiores sunt dine pp itell's dinos qbus applicātur vel quos pticipāt. iferiores aūt aie veluti applicate itellectib' nō dinis sūt nō dine: τ q2 corpa nō recipiūt motū p aiam: dis est ēt vt supiora corpa sint dina s3 eos: τ iferiora corpa nō dina. vn̄ Proculus dicit. 129. ppōne. Omne corpus dinu3 p aiam deificatu3 est diuinum. ois autē anima diuina propter diuinum itellectum. omnis

